



# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN.

RESOLUCIONES DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS.

CAURIEN.

Hodiernus Sacrarum Caeremoniarum Magister Cathedralis Ecclesiae Cauriensis, insequentia Dubia Sacrae Rituum Congregationi enodanda humillime subjicit, videlicet:

*Dubium I.* In occurrentia alicujus Festi Instrumentorum Passionis Domini Nostri Jesu Christi sub ritu Duplicis majoris, cum Festis S. Gabrielis Archangeli et S. Benedicti Abbatis, quae sunt etiam ritus duplicis majoris, vel cum festo primario cuiusvis Sancti ejusdem ritus, quale est transferendum? An Festum Instrumentorum Passionis D. N. J. C. duplicis majoris utpote secundarium, vel Sanctorum supra dictorum, aut alterius ejusdem ritus? Et si laudata Festa simul concurrunt, quomodo Vesperae ordinandae sint?

*Dubium II.* In occurrentia alicujus Festi secundarii Beatae Mariae Virginis ritus duplicis majoris, cum Festo primo cuiusvis Sancti ejusdem ritus, quale est transferendum? An festum Beatae Mariae Virginis duplicis majoris utpote secundarium, vel Sancti ejusdem ritus? Et in concurrentia, quomodo Vesperae ordinandae sunt?

*Dubium III.* Lectiones Libri secundi Machabaeorum in Dominica quinta Octobris, et duabus Feriis sequentibus positae,

saepe legi non possunt, propter Festa S. Narcisi et S. Fructi ritus minoris, quae habent Lectiones primi Nocturni alter proprias, alter vero de Communi: quaeritur; 1.<sup>o</sup> An dictae Lectiones Libri Machabaeorum legi possint in Festis ritus duplicis minoris habentibus Lectiones primi Nocturni proprias vel de Communi adsignatas? 2.<sup>o</sup> An si una tantum dies libera remaneat ad legendas Lectiones Dominicae quintae Octobris, Lectiones etiam Feriae secundae et tertiae sequentium possint legi dicta die, nempe, prima de qualibet die?

*Dubium IV.* Cum in Officio Votivo Sancti Jacobi Apostoli, in fine codicis Sanctorum Hispanorum posito, quod recitabatur in omnibus Hispaniarum Regnis ex Indulto Clementis Papae IX, dato die 23 Julii 1647, Feria secunda cuiuslibet hebdomadae non impedita, et recitatur hodie in Feriis tertii loco officii de Sanctis Apostolis, juxta Decretum S. R. C. die 24 Januarii nuper transacti, non notentur Lectiones primi nocturni in Quadragesima, quaeritur: Quae Lectiones legendae sint pro primo Nocturno in Officio Votivo Sancti Jacobi tempore Quadragesimae?

*Dubium V.* In editione Officiorum Votivorum per annum a Sacra Rituum Congregatione die 14 Augusti anni elapsi edita, notatur pro Feria quinta Officium Votivum de Ssmo. Eucharistiae Sacramento «ut in Appendice Breviarii Romani:» cum autem in hac Appendice nihil dicatur circa Lectiones primi Nocturni in Quadragesima, et in diversis editionibus Breviarii Romani pro tertio Nocturno diversae Lectiones notentur in mensibus Januarii, Februarii, Martii et Aprilis, quaeritur: 1.<sup>o</sup>—Tempore Quadragesimae in officio votivo Ssmi. Sacramenti, quae Lectiones legi debeant pro primo Nocturno? 2.<sup>o</sup> Quae lectiones legendae sint pro tertio Nocturno in officio votivo Ssmi. Sacramenti dictis mensibus?

*Dubium VI.* Cum in officio Immaculatae Conceptionis votivo per annum, concesso a Sacra Rituum Congregatione per Decretum diei 5 Julii anni transacti, ut recitetur singulis sabbatis non impeditis extra tempus Passionis et Adventus, a die 17 usque ad 24 Decembris inclusive, non notentur Lectiones primi Nocturni in Quadragesima et Sabbatis Quatuor Temporum, quaeritur: Quae Lectiones legendae sint pro primo Nocturno in Officio Votivo Immaculatae Conceptionis tempore Quadragesimae et Sabatis Quatuor Temporum?

*Dubium VII.* Utrum vi Brevis Ss. D. N. Leonis Pp. XIII diei 28 Julii 1882 censeatur suppressum Decretum S. R. C. diei 1 Martii 1661 *Ord. Canonic. Regular.* *Later.*, ita ut fess duplex minus (Sancti non Doctoris), vel Semiduplex ocurrans anno Bissextili die 25 Februarii, in qua tunc agitur de Sancto Mathia, jam non transferatur ad diem immediate se-

quentem, sed ipsa die simplificetur? Et si Ecclesiae Doctor sit, aut Duplex majus debet transferri juxta regulas translationum ad primam diem liberam vel ad diem immediate sequentem redigendo ad ritum Simplicis Festum duplex minus aut Semiduplex ocurrens?

*Dubium VIII.* Prohibitum est a S. R. C. adhibere incensum in Missa sine Ministris cantata. Cum autem in hac Dioecesi, et plus vel minus in ceteris Hispaniae Dioecesis bus desideretur copia Sacerdotum, ita ut rarissime in Ecclesiis Parochialibus, praesertim ruralibus, inveneri possint Sacerdotes ad habendam Missam solemnem cum Ministris, sed tantummodo cantetur a solo Sacerdote, et in ea adhibeatur incensum ex consuetudine fere immemorabili, et alicubi fortasse immemorabili, quae supprimi non possit sine offensione et scandalo populi, quaeritur: An saltem ubi sit praedicta consuetudo tolerari possit usus incensi in Missis, quae cantantur sine Ministris sacris, si hi inveniri non possint?

*Dubium IX.* Juxta Decreta S. R. C. Capitulares omnes tenentur obedire Caeremoniarum Magistris in iis, quae divinum cultum respiciunt, ita ut in sui muneric exercitio illi sint Capitularium directores, non fainuli: quaeritur ergo: An magistri Caeremoniarum teneantur exquirere consensum et approbationem Capituli, ita ut non possint in Ecclesia Cathedrali executioni tradere aliquod Decretum S. R. C. ad cultum divinum exspectans, antequam obtineant dictum consensum et approbationem? Et quatenus negative: An Capitulares praetextu aliquius consuetudinis etiam immemorabilis vel praesumpto privilegio possint se tueri contra debitam observantiam Decretorum quae ipsis opponunt Magistri Caeremoniarum, ut e medio auferantur consuetudines quae Rubricis et Decretis opponuntur?

*Dubium X.* Quando Exequiae celebrantur absente cadavere ob civile vetitum vel morbum contagiosum, sed nondum sepulto, quaeritur: An corpus reputari possit tamquam si foret physice praesens, ut permittatur Missa exequialis de die obitus, quibus diebus permittitur haec Missa cadavere physice praesente?

*Dubium XI.* In hac Ecclesia Cathedrali quandoque celebrantur Missae de Requie cum Vigiliis et assistentia totius Capituli, quae tamen Missae appellantur anniversaria, licet improprie utpote non fundata pro die obitus: quaeritur: An praedictae Missae dici debeant post Nonam, vel potius post Primam?

Sacra porro Rituum Congregatio, exquisito antea voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, ad relatio-

nem infrascripti Secretarii hisce dubiis maturo examine per-  
pensis, sic rescribere rata est:

Ad I. *Quoad (1) concurrentiam, juxta Decretum Urbis diei Augusti 1831: «Quae officia (Passionis...) non possint amandari ad aliam diem, et intra Quadragesimam tantum, nisi occurrente officio potioris ritus.» Quoad concurrentiam vero, praedictum officium Passionis etiam cum Festo primario integras Vesperas obtineat.*

Ad II. *Dilata.*

Ad III. *Ad utramque partem, Negative; et tantum Lectiones Dominicae V in casu legendae, si adsit dies libera.*

Ad IV. *In officio votivo S. Jacobi Apostoli tempore Quadragesimae legendae sunt in I Nocturno Lectiones: Sic nos existimet homo, prout in Festo.*

Ad V. et VI. *In I Nocturno legendae Lectiones de Scriptura diei festi, uti jam provisum in editione Romano-Ratisbonen. 1883. Pro tertio autem Nocturno Officii Votivi Ssmi. Sacramenti, Januario et Februario, ut Feria VI infra Octavam; Martio et Aprili, ut in Sabato.*

Ad VII. *Per Breve die 28 Julii 1882 minime censendum suppressum enunciatum Decretum in una Ordinis Canonico-rum Regularium Lateranensium. Festorum enim quae in anno Communi fixa sunt diebus 24, 25, 26, 27, et 28 Februarii, in anno Bissextili dies proprii sunt 25, 26, 27, 28 et 29 ejusdem mensis respective.*

Ad VIII. *Negative, sine speciali Indulto.*

Ad IX. *Negative ad primam partem. Quatenus tamen opus sit, Magister Caeremoniarum antea notum faciat Episcopo et Capitulo Sacrae Congregationis Decretum. Ad secundam, quatenus agatur de re gravi et rationabili, consulatur Sacra Congregatio.*

Ad X. *Affirmative, et detur Decretum in una Palmae in Balearibus die 22 Martii 1862 ad primum.*

Ad XI. *Servetur Rubrica Missalis, Tit. xv. De celebrandâ Missa, N. 3.*

Atque ita rescripsit, et servari mandavit die 9 Junii 1884.—  
*D. Cardinalis Bartolinius, S. R. C. Praefectus—Loco + Sigilli Laurentius Salvati, S. R. C. Secretarius.*

(1) En el original se dice *Quoad concurrentiam*; pero fácilmente puede deducirse de la exposición de la duda y su respuesta que debe decir: *Quoad occurrentiam*. Se dice en efecto que hay *occurrencea festorum seu officiorum*, cuando dos Santos se celebran en el mismo día; y se dice que concurren, cuando se celebran consecutivamente.

## IMPORTANTE RESOLUCIÓN DE LA S. CONGREGACIÓN DE RITOS.

In Ecclesiis ubi chori obligatio non existit, ac solemnis expositio quadraginta horarum peragitur ex mandato ordinarii, juxta ordinationem Clementinam, quæritur.

1.<sup>o</sup> Utrum prima et tertia die, si non cantata fuerit altera missa conformis officio currenti, debeant in missa votiva SS. Sacramenti quælibet commemorationes omitti? An vero celebrans sub distincta conclusione cantare teneatur tum orationem missæ de die, quamvis sit de vigilia communi, de qua nihil fit in duplice primæ classis, aut de die infra octavam, festo simplici aut feria communi, quorum commemoratione locum non habet in duplice secundæ classis, tum cæteras commémorationes speciales quæ adderentur in missa currenti, v. g., de dominica per annum, de qua infra octavam, etc.

2.<sup>o</sup> An secunda die, quando missa *pro Pace*, seu alia votiva rite assignata celebratur, colecta SSmi. Sacramenti sub unica conclusione orationi missæ adjuncta, commemorationes omittebantur, aut non, ut supra quæsitum est?

3.<sup>o</sup> Utrum si primam vel tertiam diem impeditam esse contigerit, commemoratione SS. Sacramenti post orationem missæ sub unica conclusione semper cantanda sit, non excepta feria v. in Cœna Domini, Sabbato Sancto, ac festo sacratissimi Cordis Jesu? Utrum adjungi debent sub distincta conclusione, servato ritu missæ intrinseco singulæ commemorationes tum speciales, tum communes, quæ in eadem missa, si cantaretur extra solemnis expositionis tempus, essent faciendæ?

4.<sup>o</sup> Utrum si pari modo secunda dies fuerit impedita, adjiciendæ sint, tum oratio missæ *pro Pace*, seu alterius legitime assignatæ, tum colecta SSmi. Sacramenti? Et quatenus affirmative, quisnam locus utrique orationi est assignandus?

5.<sup>o</sup> An feria IV. Cinerum in una ex diebus supradictæ expositionis occurrente, tonus ferialis in cantu orationum, præfationis et *Pater noster* sit adhibendus? Utrum omitteenda sit *oratio super populum*?

His porro dubiis ab infrascripto secretario relatis, S. eadem

Congregatio, post accuratum omnium examen, sic rescribere rata est:

Quoad 1.<sup>m</sup>, 2.<sup>m</sup>, 3.<sup>m</sup> et 4.<sup>m</sup> quaestionein: serventur rubricae et Clementina ordinatio, scilicet, in missa votiva SS. Sacramenti pro solemini ejusdem expositione ac repositione, omittenda est quælibet commemoratio et collecta. Infra octavam SS. Corporis Christi, missa erit de eadem octava, cum sequentia et unica oratione, absque commemorationibus et collectis. In dominicis vero privilegiatis primæ et secundæ clasis, in festis pariter primæ et secundæ clasis, feria iv. Cinerum, feriis secunda, tertia et quarta majoris hebdomadæ (a mane enim feriæ v. ad mane Sabbati Sancti a prædicta expositione omnino cesandum), omnibus diebus octavæ Paschæ, Pentecostes et Epiphaniæ, vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, nec non Octava propria privilegiata, canenda est missa diei currentis cum oratione SS. Sacramenti sub unica conclusione, omissis collectis et commemorationibus. Quod si festum aliquod primæ vel secundæ classis occurrat in dominica, tunc secundo loco, sub distincta conclusione, fit commemoratio dominicæ, et dicitur ejus evangelium in fine; missæ tandem *pro Pace* adjungitur oratio SS. Sacramenti sub unica conclusione; in diebus tamen exceptis ut supra, missa canenda erit diei currentis cum oratione *pro Pace*, sub unica conclusione. Quoad 5.<sup>m</sup> quæstionem ad 1.<sup>m</sup> partem, affirmative; ad 2.<sup>m</sup> partem, negative.

Atque ita declaravit et decrevit.

Die 18 Maii 1883.—*D. Card. Bartolinius, S. R. C. Præf.—Salvati, Secret.*

---

GOBIERNO ECLESIÁSTICO DEL OBISPADO DE LEÓN,  
SEDE VACANTE.

---

CIRCULAR.

Terminando el día 31 del corriente la dispensa de aplicar la misa *pro populo* en los días de fiesta suprimidos, hemos recurrido á Su Santidad para que se dignara prorrogarla en atención á la pobreza del Clero; y el Santo Padre con su acostumbrada benignidad nos há facultado para conceder dicha dispensa por otro año, guardando la forma del Indulto anterior.

Usando, pues, de la referida facultad Apostólica, dispensamos por otro año á todos los RR. Párrocos y Económicos de la obligación de aplicar la misa *pro populo*, en las fiestas suprimidas, exceptuando solo las siguientes: el 2.<sup>º</sup> día de cada una de las tres Pascuas, el de San José y el del Arcángel San Miguel, en cuyos días queda vigente la obligación de aplicarla.

León 29 de Marzo de 1886.—Lic. Clemente Bolinaga,  
Pro-Vicario Capitular.

---

## SECRETARIA DEL GOBIERNO ECLESIÁSTICO DE LA DIÓCESIS, **SEDE VACANTE.**

El M. I. Sr. Vicario Capitular, teniendo en cuenta que á muchos Sres. Sacerdotes de la Diócesis se les terminan las licencias ministeriales para el día 15 de Abril próximo, en que les ha de ser difícil concurrir á Sinodo, ha tenido á bien prorrogarlas á todos hasta el Sinodo del mes de Junio inmediato.

León 30 de Marzo de 1886.—Juan Balanzategui,  
Vice-Secretario.

---

## **PROPAGACIÓN DE LA FÉ.**

Han llegado los Anales de Marzo, que están á disposición de los colectores y correspondentes, Cid 4, 2.<sup>º</sup>. De Mayo, Julio, Setiembre y Noviembre del año pasado hay Anales sobrantes, que se facilitarán á los que les pidan con prioridad. Se ruega avisen á tiempo al Secretario de la Obra la formación de nuevas decenas.

---

Han sido robadas las Iglesias de Grémenes y Valdoré, llevando los ladrones en la última el Copón con las sagradas formas, y en la primera un cáliz con su patena y cucharilla, el Copón y una cajita para administrar el santo Viático, todo de plata. El Señor tenga misericordia.

---

CRÓNICA PIADOSA.

El jueves 25 de marzo, fiesta de nuestra Señora de la Encarnación, titular del convento de Religiosas Agustinas Recoletas, esta observante comunidad obsequió á la Purísima Virgen en aquel inefable misterio del divino amor con misa solemne y sermón que predicó el Sr. D. Tomás Ruano, Vice-Rector y Catedrático del Seminario diocesano.

El mismo día, por la tarde, la Asociación de Hijas de María, sita en la iglesia parroquial del Salvador de Palat de Rey, dedicó á la Virgen-Madre en recuerdo de este singularísimo privilegio que en tal día le fué otorgado, anunciándose por medio de celestial mensajero, solemnes cultos, con plática que pronunció el R. P. Vicente Alonso, clérigo regular de las Escuelas Pías, del Colegio de S. Marcos, director de dicha Asociación.

El viernes 26, por la tarde, se celebró en la iglesia parroquial de S. Martín el ejercicio de penitencia llamado *Miserere*, que es de costumbre en igual día de las cuatro primeras semanas de Cuaresma, habiendo estado el sermón á cargo del Sr. D. Bernardo Ortiz, beneficiado de la S. I. Catedral.

El domingo 28, por la tarde, se verificaron en la capilla de Sta. Nona, propia de la Congregación de Siervos de María, los devotos ejercicios que en las anteriores dominicas de Cuaresma, teniendo el sermón el director de dicha asociación, Sr. D. Marcos Marcelino del Rivero, canónigo-penitenciario de la S. I. Catedral.

La propia tarde tuvieron lugar en la iglesia conventual de S. Francisco los que en iguales días dirigen los Religiosos capuchinos, estando la explicación del punto de doctrina cristiana á cargo del R. P. Fr. Francisco de Cárcar, y el sermón al del R. P. Fr. Estanislao de Reus, religiosos ambos de aquel austero orden.

SUSCRICIÓN para levantar una nueva Capilla al Santísimo Cristo de la Victoria en el solar de la casa del ilustre Mártir San Marcelo, Patrono de la Ciudad de León.

	Rs Cs.		
<i>Suma anterior.</i>	12.840 50	Ciudad, y vecino de Madrid.	20
El Párroco de Vegamian.	20	El Párroco de Valdespino Vaca.	20
Procedente de una dispensa de moniciones (León).	60	D. <sup>a</sup> Polonia Bustamante, hermana.	8
El Párroco de Arenillas de Valderaduey.	40	Un devoto	18
El Párroco de Stas. Martas.	20		
Un devoto natural de esta		<i>Suma.</i>	13.066 50